Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ostendi. quorum non minorem partem uite quoque reponam. Con
fidens ergo ex hoc itinere: proficiscere me protegente secu
rus. Impetrabis enim nuptias ad quas ualde festinas.
eruntque tibi filii boni. quorum multitudo numero ma
ior erit et potiores filios relinquent quibus ego
huius terre dominatum condonabo eorum filiis qui replebunt
omnem quam sol respicit terram simul et maria. Sed neque
illud periculum timeas. nec laborum multitudinem metu
as. me prouidente omnia que tibi conferenda sunt et in pre
sentibus et multo magis in posteris. Hec itaque deus iacob
predixit. Ille uero letus effectus est in his que uiderat
fueratque promissa. clarificauit illos lapides. quippe
cum tantorum bonorum factum ei fuisset alloquium. uotumque
fecit immolaturum se super eos. si acquirens uitam in
passibilem remearet. domoque promissum exsoluit denuo re
means. Nam et ipsum agrum honorandum esse decre
uit eique bethel nomen imposuit quod diuinas diui
cias latina lingua significat. Procedens ad mesopo
tamiam longo tempore uenit in carram. pastoresque
in suburbanis inueniens et pueros adolescentu
los et puteum ac uirgines ad quandam aquam hauri
turos. morabatur cum eis potum querens. et uerba cum
uerba abeis faciens. percontabaturque abeis si nossent
quendam laban adhuc si super esset. Illi uero omnia se
nouisse dixerunt. talemque uirum esse dixerunt qui ig
norari non possit eique filiam unam cum eis pascere quam
mirabantur non esse presentem dicentes ei. Ab ipsa inte
grius agnoscere poteris. quecumque audire de illo de
sideras. Hec itaque illis dicentibus, astitit puella cum
pastoribus qui una descenderant eique iacob osten
derunt dicentes. peregrinus iste uenit de patre tuo
consulens. Illa uero leta pro infantia propter iacob presentiam.
requirebat quis esset. et ad eos unde uenisset et qua
causa adductus fuisset orabatque simul ut esset pos
sibile prestandi ei. quibus uenisset egens. Iacob autem
non propter cognationis causam. neque propter fauorem presentem.
sed amore puelle uictus obstupescebat pulchritu
dinem eius talem esse conspiciens. ut pauce mulierum
ita florerent et ait. Michi ad te et patrem tuum si ta
men tu filia es laban familiaritas est et antiqua
mea tuaque generatione consistens. de thare ab
raham enim et aram et nachor filii sunt progressi.
Bathuel autem tuus auus filius est nachor. De ab
raham autem et sara que nata est de aran. ysaac pater
meus est. Uicinum autem et nouum cognationis pignus
inuicem possidemus. Rebecca autem mater mea laban

patris tui soror est. ex eo de patre simul et matre
progenita. Consobrini siquidem sumus ego et tu. Huc
autem ueniens amplector uos. antiquamque nobilitatem
renouaturus assisto. Illa uero recordata sicut iuuenibus
accidere solet. que prius audisset a patre de rebecca.
et parentes sciens nomen eius desiderantem audire. propter
paternum fauorem ad lacrimas adducta est et amplexa
ta iacob. Quem cum osculata fuisset. producere maxi
ma delectatione obtabat ad patrem omnibusque dome
sticis memoriam matris eius esse dicebat impenditque
ei totius boni retributionem eumque ad patrem iam
uenire iubebat et sequi se precedentem nec eius dele
ctatione fraudari amplius illo tardante poterat.
Hec dicens. ducebat eum ad laban. Cognitus ab auunculo
lo. et ipse sine formidine inter amicos erat et illis
delectationem maternam conferebat inopinabiliter
ostensus eis. Post non paucos itaque dies laban gaude
re se quidem eius maxime presentia. et ultra quam indi
care possit sermone dicebat causam per qua uenisset
patrem matremque senes derelinquens. et eius presentie
solatiis indigentem ab eo querebat. prebiturumque se
omnia quibus opus haberet. Iacob autem omnem ei cau
sam narrabat dicens. ysaac fuisse geminos filios
se et esau. quem propter paternis orationibus matris sapientia
fefellisset. illum se interficere uoluisse. tamquam abla
to sibi a deo regno et bonis que pater optasset et hanc
fuisse causam sue presentie. matris mandati facti. Om
nibus enim inquit nobis sunt fratres. sed mater amplius illius cog
nationem metuens. ita me prosperauit quod utique solum mee
pueritie munimen iudicauit. Unde deum prospiciens
in presentibus sum securus. Laban autem et propter parentes
eius promisit omnem se ei participare clementiam. et propter
matrem precipuus fauore licet absentis studium suum cir
ca eum se dicebat ostendere. gregis scilicet curam eum
habiturum se constituere dicebat. et preponendum his
exoptabat. uolentemque ad proprios remeare paren
tes. cum talibus donis et honoribus dimittendum. qualibus
talis cognatus iuste promeruisset. Iacob autem libenter
hec audiens. donec esset quidem apud illos. hanc
laborem ferre gratissime se respondit. Merce
dem uero pro tali labore rachel nuptias postulauit.
(*uel amore digna.*)
cum etiam propter alia honore digno haberet. et maxi
me quod ministra ei fuisset aduentus. Amor namque
puelle eum huiusmodi uerba facere compellebat.
Laban uero gauisus in his. annuit ei puelle nuptiam.
nec alium generum meliorem sibi optasse. si tamen